

1587. v. 17 dno.

Estibello impresso.

495

Serenissimi Archiducis Maximilian, ad Aca-
demiā Cracoviensem Epistola.

Maximilianus Dei Gratia, electus Rex Polo-
nia, Magnus Dux Lithvania, Archi-
Dux Austriae &c.

58
Magis Reverendi, excellen. nobiles, et clarissimi Viri, fide-
les Nobis dilecti. Quod Academia Vra à primis initiis sin-
gulari Ornamento toti Poloniae regno fuerit, et ex gremio suo
Viros praestimos ad Ecclesiam, et reip: functiones protulerit.
Cum non ignoremus Nos quoque erga eandem clementer affe-
cti sumus, cum itaque in Urbe ista Vra non postremum obtine-
atis locum, et de Vro in nos Causamque Vram singulari, et bene-
volo animo nihil dubitemus, significandum Vobis duximus
nos hisce Diebus, quod Deus reip: faustum esse velit, ultrafi-
nes hujus regni Vri, ad cuius gubernacula legitime electi sumus,
processisse, ut primo quoque tempore de more Majorum nostrorum
gubernacula capeamus, et diademate sacro accepto regno
inauguremur. Quomodo autem hesternae Die in ipso ad urbem
istam aditu, à quibusdam accepti fuerimus, qui privatis
potius affectibus, quam publica utilitate ducuntur videritis.
Quorum permiciose consilia Omnia directioribus, et incertis
miserandum in modum vastantium Vos approbare persua-
dere nobis non possumus: Contra vero confidimus; vos
non alieno à nobis animo, legitimamque Vram in Regem Poloniae
et magni Ducatus Lithvaniae electionem esse: quippe quibus mi-
hil aliud propositum sit, quam pax et Dignitas, ac commoda,
salusque nobilissima hujus reip: ut ex juramento à nobis presta-
to, et conditionibus acceptis aperte apparet; quae Omnia his
adjuncta legere potestis. Quare benignè Vos hortamur, ut
publicae incolumitatis ratione habita, legitimam Vram causam
quantum in vobis est, promoveatis. Quod si uti speramus, fa-
ctum fuerit, immunitates, et privilegia Vra, quae à divis praede-
cessoribus Vris accepistis, non volumus confirmabimus, sed alia
quoque in super, quae rei literariae Vestrae usui esse duxeritis, adiu-
ciemus: et modis Omnibus emitemur, ut vetustissima, et nobi-
lissima Academia vestra novo quodam splendore illustretur,
et multas alias uti antiquitate, ita quoque dignitate excellat. Quicquid

etiam

Austriae Electo Vri.

etiam privatim singulis gratis, et benigne Voluntatis declara-
re poterimus; ea in re nos Vobis non defuturos esse, certi polliceri
potestis. Bene valere Vos optamus. Dat: ex prædio nro Ra-
kowieza 14 Die Obris. Anno Domini 17mo.